

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XXV. TIT. I. De Impensis, In Rem Dota Lem Factis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

scil. Novenibribus, quatuor mensibus elapsis, i. e. Calendis Martii, maritus locat fundum, & Calendis Aprilibus solvit matrimonium: ibi ergo per unum mensem sicut locatio, per quinque vero matrimonium, & dicitur, quod maritus NB. ex illa pensione non tantum partem duodecimam, sed pro modo temporis omnium mensum, quo dotale praedium fuit, portionem retinere posse.

Qv. III. Si culpa uxoris solutum sit matrimonium, an maritus luiretur dotem?

AFFIRMATUR. L. 8. §. 5. C. de Repud. Nov. 117. c. 8. §. 2. nisi li. Laut.pag. aberi ex communi matrimonio exscent, tunc enim his dos cedit. 455. verb. dd. LL. (2) Sic cul- pa &c.

OBJ. Nov. 134. c. 10. vers. adulteram, ubi bona uxoris partim mo- nastrio, partim liberis cedunt.

RESR. Loquitur Novella de reliquis uxoris bonis præter dotem, & quæ ex dotali instrumento debentur: adeoque de iis, in quorum partem liberi & parentes, si essent, succederent: in his maritus stante ma- trimonio nullum jus habet, adeoque nec eo soluto.

LIB. XXV. TIT. I.

DE

IMPENSIS, IN REM DOTA LEM FACTIS.

Qv. An impensae usiles, in rem dotalem factae, cum dote com- pensari possint?

AFFIRMATUR, arg. L. f. C. de Comp. L. 7. §. 5. Sol. matr. L. 15. §. 1. de Compens.

OBJ. L. un. §. 5. C. de Rei ux. aff. ibi: Sed nec retentio ob impensis Laut.pag. in res dotis factas nobis satis videtur esse idonea; proinde retentio hic 456 verb. non conceditur, nisi ratione expensarum necessiarum. Quidam dis- ratione impensa- tinguunt inter retentionem & compensationem; illam ideo fieri non possunt, quia odiosa est, quandoquidem maritus sibi ipse jure dicere vi- detur. Sed loquitur textus etiam de compensatione: nam de impen- sis loquitur, quæ ipso jure minuant dotem, adeoque innuit compensa- tionem, nuda enim retentio non innuit ipso jure dotem.

Ct. 3

Rectius



Rectius ergo dicendum, Imperatorem hic mutasse jura antiqua, quae etiam ob utiles expensas compensationem admittebant; voluit nimirum Justinianus restitui dotem uxori, ne praetextu utilium impensarum in perpetuum sua caret dote.

LIB. XXV. TIT. II.

DE
ACTIONE RERUM AMO-
TARUM.

Qv. *An actio rerum amotarum detur contra haeredes in solidum, an saltem, quatenus pervenit?*

Laut. pag. 458. verb. atque ad- versus &c. **R**ESP. Datur tantum, quatenus pervenit: (1) quia est ex delicto prætoria, quæ nunquam datur contra haeredes in solidum, *L. 4. §. f. iunct. L. 7. de Alienat. jud.* (2) *Per text. expr. in L. 3. C. h. ibi: non in solidum, sed quantum ad ipsos (successores) pervenit.*

O B. J. L. 6. §. 4. ff. h. ubi haeres mulieris ex causa hac tenetur, sicut conditionis nomine ex causa furtiva: at Conditionis furtivæ nomine haeres tenetur in solidum.

RESP. Conveniunt præstatione, de qua sola in *d. L. 6.* agitur, non duratione. Haeres ergo non tenetur in solidum, nec haec tenus durat obligatio, sed tantum quatenus pervenit, & haec tenus quanti plurimi tenetur; atque hinc ei tribuitur præstatio conditionis furtivæ, cui id proprium est.

LIB. XXV. TIT. III.

DE
AGNOSCENDIS ET ALENDIS
LIBERIS, VEL PARENTIBUS, VEL PA-
TRONIS, VEL LIBERTIS.

Qv. I. *An pater teneatur alere filium statim, ex quo natus est?*

Laut. pag. 458. verb. quam pri- sum filius &c. **A**FFIRMATUR; quia est pars educationis, quæ statim incipit a momento nativitatis, *pr. Inj. de F. N. G. & C. l. i. §. 3. de Just. & Jur.* *O B. J. L. 9. C. de Patr. pot.* ubi majori trimo de aucta alimenta decernuntur.

RESP.

